



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

Nativitas B. M. V. 8. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

S Stephanus non alium habuit amorem in terris, quām Jesum pendentem in cruce & latentem in Eucharistia. In hoc Sacramento est Deus totius consolationis spem confirmat, cūm sit pignus divini amoris & immortalitatis. Perficit Charitatem in Deum & proximum: quomodo enim fieri potest, ut non ames amantissimum Jesum, qui propter tuum amorem totum sē tibi dedit? & quomodo fieri posset, ut non diligeres proximum, tecum cœlesti pabulo toties saturatum:

2. Quotiescumque accipis hoc Sacramentum, toties copiosā gratiā donaris: adde quod pro ratione pietatis & præparationis tuæ singularibus etiam gratiis cumularis. Mirum quantum valet hic Angelorum cibus, hoc vinum germinans Virgines, ad coercendas carnis cupiditates. *Qui amat hanc carnem, non erit amicus suæ carnis.*

3. Accede ad sacrum conyivium: si in Jesum sit amor remissior, accendetur sumptione Sacramenti: fons enim est amoris ac pietatis. Nihil est quod timet ne familiaritas generet contemptum. Nam novam semper in suavissimo Iesu deprehendes pulchritudinem, ideoque magis ac magis ejus amore deflarginabis: Adde quod animi rectè præparati *Omnium hoc remedio morbus extinguitur.* Chrysost.

NATIVITAS B. M. V.

8 Septembris.

*Beatus Venter qui te portavit &
Ubera qua suxisti. Luc. ii. Po-*

Potuit denique post longissimæ noctis te-
nebras solem hoc die Tellus? sperare,
quando tot votis jam olim exoptatam Nasci
AURORAM vidit, MARIAM inquam,
quæ Joachimo atque Anna prognata lucem
primò vidit, dicam? an videndam Orbi pro-
pinavit hodie. Certè festum agere hunc
diem multis jam retro seculis Christianus
Orbis instituit, idque cœlo auctore. Nam
ferunt Anachoreten hac ipsa luce quot annis
audire cœlestes illos Amphiones solitasse, qui
lætissimis modulis omnem latè Aërem exhi-
lararent; sed & Paulum quendam annis per-
multis sub eam noctem, quæ diem VIRGINIS
Natalem præit, vidisse sidus ingens cœlo se
demittere, & festivis ignibus Ædem Lauta-
ranam exornare: utrumque porrò Angelis
Doctoribus didicisse, id ob Cunarum Virginis
memoriam superos factitare. Echo itaq;
solum est omnis hodie mortalium plausus,
quam cœlum suis concentibus provocat,
utinam vel ad ultima hujus vota responsura
scintilla est, ab æthere in animos hominum
illapsa, utinam in incendia abitura! Bene
profectò Innoc. IV. quod à morte Cælestini
IV. Pont. Max. creatio, quam Frideric. II.
Imperator turbare nitebatur, VIRGINIS

ope

octis te ope feliciter successisset, Patronæ cunas omnisperare, bus annis dies VIII. celebrari jussit. Sed hoc e-
n Nasci tiam parum esse, audacter dico. Felices illæ cu-
nquam, næ, illæ linguæ, in quibus quotidie MARIA cū
lucem Aurora nascitur, cum Sole vivit, & neque
bi pro cum die emoritur. Ex Duran. Beletb. Vinc. Tursell.

M E D I T A T I O.

De Nativitate B. V. Mariae.

1. **M** Editare quibus ornamentis hodie decoretur Maria. Pater æternus dat filiæ suæ præclarum nomen, & supremo ejus imperio cœlum & terram, angelos & homines subjicit. Verbum æternum eam eligit in matrem, & hominem quemlibet facit adoptivum ejus filium, cum amplissima potestate, filios non degeneres immortali hæreditate remunerandi. Omnibus demum gratiis sponsam suam ornat Spiritus sanctus. Gratulare Mariæ quod tot bonis cumuletur.

2. Tot gratiarum haud immemor fuit Maria. Singulari beneficio jamtum rationis compos, Deum Patrem adorat, fatetur indignam se esse, quæ pariat æternum Patris Verbum: offert cor Spiritui sancto, sponso suo. Hodie facias, quod ipsa fecit statim post Nativitatem: Adora Patrem æternum, deprime te coram Filio & trade cor tuum Spiritui sancto.

3. Quid in honorem Nativitatis Mariæ facturus es? cole Mariam, quia potest tibi laboranti adesse, cum ipsi data sit omnis potestas in cœlo & in terra. Ama Mariam quia & tua & Jesu Mater est, Confide

— 170 (090)

Mariæ, parens est prædestinatorum. Esto constans
& fidelis servus ejus, ut ipsa constans & fidelis fuit
sponsa Spiritus sancti. Oportet inter fluctus seculi confa-
gere ad Mariam, & respectu exempli ejus cursum vita diri-
gere. S. Epiphanius.

S. AUDOMARUS EPISC. CONFESS.

9. Septembris.

*Bonum est mihi cum uno oculo in vi-
tam ingredi, quam duos oculos
habentem mitti in gehennam igni*

Matt. 18.

Cœpit AUDOMARUS tunc vivere, cùm
desijt Mater, quando nimirum à morte
hujus cum patre mori mundo inter Asceras
occepit. Jucundum credo videre cœlo erat,
Patrem una & filium in eadem virtutis schola
discere, miraculo eo majori, quod ad hanc
filius Patrem duxerat. Quid jam mirum, si
mira alia quam plurima patravit AUDOMA-
RUS, si radiare è ligno ctucem, si exsurgere è
lectulis ægros, è vinculis captivos iussit? Nos
duo tantum scribemus, quorum puerilium,
alterum bis puerisenes legant. Episco-
pus jam Moriensis adolescenti interdixerat,

ne cy-
Sed i-
tum,
runt,
cum:
tore
ret si-
remi
MAR
tum
quiū
ocul
facti
efset
ret,
lum
coec
I.
cœc
cum
que
etia
bet